

## CANONES.

1. *Herbæ, Plantarum Summitates et Flores siccennatur celeriter ad lenem ignem.*

2. *Duriora comminuantur primo rasura: Radices a cortice mundatae et in taleolas incise: Herbae a stipitibus separatae, Ipecacuanha a parte lignosa. Plerumque pulvis primo prodiens eligendus.*

*Lignosæ vero, quæ gummosis et resinosis partibus abundant, ut Jalapa et Correx Peruvianus &c. exhibent primum pulverem altero & tertio longe inferiorem.*

3. *Acria ut Colocynthis, Scammonium, Aloe &c. caute, in mortario recto pulverisationi committenda.*

4. *Plerique Suci Gummosi & Gummi-Resinae triturentur gelu urgente & separentur ab heterogeneis.*

5. *Pro pulveribus compositis, fiant singulorum ingredientium pulveres, & deinde misceantur exactissime in mortario.*